

S. AURELIANI REGULA AD VIRGINES.

PROLOGUS.

Sanctis et in Christo venerandis sororibus in monasterio beatae Mariae quod, Deo jubente, intra muros Arelatensis urbis fecimus, constitutis, Aurelianus episcopus.

Quia Deo inspirante qui nos prævenit ineffabili misericordia sua, visum vobis est ut, repudiatis seculi voluptatibus, ac temporalibus gaudiis contemptis sive spretis, eligeretis sanctissimæ vitæ nitorem, et virginitatis ac castitatis gratiam complectentes, amore Dei tota viscerum et cordis aviditate sectantes, con-

A ligereatis timore divino carnes vestras, tenentes illud: Juravi et statui custodire judicia justitiae tuæ (Psal. cxviii); et, Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (Gal. vi) : disposuimus, jubente Domino atque operante in nobis velle et perficere, ut monasterium vobis pro profectu animarum vestiarum construeremus, sicut et fecimus. Et ideo Regulam vobis ad disciplinam instituimus, quæ vos per viam mandatum Dei diceret currere, et ad regna cœlorum faceret felicititer pervenire.

INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ.

1. *Quæcunque ad conversionem venerit, et recipi se in monasterium rogaverit, Regulae primum in salutatorio leatur: et cum suscepit fuerit, usque ad mortem suam de monasterio non egrediatur.*
2. *Vestimenta religiosa non accipiat, nisi chartas de facultate sua cui voluerit faciat.*
3. *Nihil occulte accipendum; sed si quid transmissum fuerit, et illi cui transmittitur necesse non fuerit, in commune redactum, cui est necessarium, tribuatur.*
4. *Epistolas nec dandas nec accipendas sine scientia aut permisso abbatissæ.*
5. *Nulla circa lectum suum, quod manducari aut bibi possit, reponat.*
6. *Nulla cella aut armariolum veculare habeat.*
7. *Non jurandum.*
8. *Non maledicendum.*
9. *Non mentiendum.*
10. *Iracundiam penitus non tenendam.*
11. *Soror in sororem manum non mittat.*
12. *Nulli licet ad salutandum exire nisi cum præposita aut aliqua seniore.*
13. *Ancilla non excipiatur; liberta tamen si est, et abbatissæ visum fuerit, excipiatur.*
14. *Nec viri nec mulieres sæculares in monasterium ingrediantur præter in basilicam Dominae Mariæ, et in salutatorium.*
15. *Ut nec ipsis provisoribus licet in monasterium introire, nisi pro his utilitatibus quas in hac regula statuimus.*
16. *Infantes de baptismo non excipiendo.*
17. *Quæ in actu ponuntur desuper evangelica claves accipiant.*
18. *In ministerium vicibus sibi succedant, absque abbatissæ et parvulis infantibus.*
19. *Nulla opera pro suo libito eligant facienda, sed quod ab abbatissæ vel preposita imperatum fuerit.*
20. *Cum operantur manibus, meditatio sancta de corde non cesseret.*
- B 21. *Sint vobis omnia communia, et nulla suum proprium dicere aut vindicare præsumat.*
22. *Vestimenta alio colora non induantur, nisi laia et lactina.*
23. *In vigiliis studendum est ut nulla dormiat.*
24. *Signo tacto nulla tardius veniat.*
25. *Dum psallitur nulla loquatur, nec operetur manus.*
26. *Litteras omnes discant.*
27. *Sancta abbatissæ in congregazione maneant.*
28. *Si qua pro qualibet culpa corrigatur aut castigetur, arguenti respondere non præsumat.*
29. *Lites nullas habeatis.*
30. *Superbis, inobedientibus et iracundiam protrahentibus nunquam parcendum.*
31. *Sanctæ abbatissæ non licet de facultatibus monasterii vendere aut donare; nec aliquid contra Regulæ instituta agere.*
32. *Sedentes ad mensam taceant.*
33. *Sancta abbatissæ extra congregationem non reficiat.*
34. *Carnes in cibis nunquam sumant.*
- C 35. *Pueri et reliqua altitia infirmis tantum ministrentur et delicatis: pisces vero certis festivitatibus.*
36. *Extra mensam communem nihil cibi potuisse gustare licet, nisi infirmis et infantibus.*
37. *Qualiter infirmis obtemperandum est.*
38. *Ubi cursum d'urnum vel nocturnum dicant.*
39. *Ut sancta abbatissæ quidquid necesse fuerit cum sufficientia præbeat.*
40. *Ut sancta congregatio omnia quæ statuta habet, implere contendat.*

* Legendum evangelio, ut patet textum consulenti infra col. 402, lin. 9. Edit.

REGULA.

CAPITULUM PRIMUM. Hoc jubente Deo imprimis statuimus inviolabiliter tenendum, ut si qua ad conversionem venerit, Regula ei in salutatorio legatur, et si professio fuerit se omnia impleturam, tunc excipiatur: excepta vero usque ad mortem suam nec præsumat, nec permittatur de monasterio egredi: propter illud propheticum: *Unam peti a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea* (Psal. xxvi).

II. Vestimenta vero religiosa non accipiat, nisi de omni facie sua, sive grandi, sive parva; chartas

D donationis aut venditionis cui voluerit faciat, propter Domini mandata, ubi dicit: *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes* (Matth. xix); et, *Si quis non reliquerit omnia quæ possidet, non potest meus esse discipulus* (Luc. xiv).

III. Nihil occulte accipialis: sed si quis propinquus aut amicus aliquid in vestimento aut in auro, vel aliud quocunque dederit aut transmiserit, in potestate s' abbatissæ, et si illi cui transmittitur necesse fuerit, tribuatur; sin vero illa nihil indiget, in commune redactum cui est necessarium tribuatur.

IV. Epistolas præcepimus nec dandas nec accipient. A das sine scientia aut permissio abbatissæ.

V. Nulla circa lectum suum quod manducare aut Libere possit, reponere præsumat; sed omnes in communi cellario recondant; et si inequalitas exegerit, jubente seniore quod necesse fuerit, non ei negetur.

VI. Nulli licet cellam aut armariolum, aut aliquid hujusmodi quod peculiarius claudi possit, habere.

VII. Non juretis, quia Dominus dixit: *Nolite jurare* (*Math. v.*). Et alia scriptura: *Vir multum jurans implebitur iniuste, et non discedet de domo illius plaga* (*Ecli. xxiii.*).

VIII. Non maledicatis, quia scriptum est: *Neque maledici regnum Dei possidebunt* (*I Cor. vi.*).

IX. Mentiri omnino non licet: quia os quod mentitur occidit animam (*Sap. i.*), et illud: *Perdes eos qui loquuntur mendacium* (*Psal. v.*).

X. Iracundiam nulla usque ad aliam diem protractare præsumat. Et sicut habet humana fragilitas, si sermo durior inter sorores ortus fuerit, invicem sibi veniam petere et debita relaxare festinent: propter Domini mandatum, ubi dicit: *Si recordatus fueris quia fratres tuus habet aliquid adversum te, relinque manus tuum ante altare, et rade prius reconciliatum fratri tuo: et tunc veniens offeres manus tuum* (*Math. v.*). Et, si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra (*Math. vi.*). Item, *Si septies peccaverit in die in te, et conversus dixerit, paucet me: dimitte illi* (*Luc. xvii.*). Et, *Non dico tibi usque septies, sed usque septuages septies* (*Math. xviii.*). Et alia scriptura: *Ira viri justitiam Dei non operetur* (*Jac. i.*). Et Apostolus: *Sol non orcidat super iracundiam vestram* (*Ephes. iv.*). Quod Deus avertat, si diabolo instigante fuerit aliqua furore repleta, ut ista mandata pertinaci corde contemnat; et una de illis quæ discordantes sunt prævenerit aliam, veniam ei petens; si illa cui petet non dimiserit, disciplinam accipiat, ut ad charitatem se corrigat. Et si ambo despererint, ambae pariter a communione vel a cibo suspendantur; donec invicem sibi reconcilientur.

XI. Soror in sororem si ausa fuerit manum mittere, disciplinam accipiat.

XII. Nulli licet ad salutandum exire, nisi cum abbatissa aut præposita, vel certe alia quacunque seniore cui abbatissa præceperit. Et sic propinquos suos videant, aut loquantur, ne altiori voce loquantur.

XIII. Ancilla non excipiatur: liberta tamen si fuerit, adhuc adolescens ætate, et cum epistolis patroni sui venerit, in abbatissæ sit arbitrio si excipi debeat.

XIV. Nec viri nec mulieres sæculares in monasterium ingrediantur, præter in basilicam B. Marie, et in salutatorium.

XV. Provisores vero monasterii, si in habitu laico fuerint, nec ipsi permittantur intrare, nisi pro his utilitatibus quas in hac Regula statuimus, cum marcionibus aut carpentariis, si aliquid necesse est fieri aut reparari, aut certe pro aliqua ratione abbatissæ introeant: de cætero nullam licentiam aut libertatem habent introeundi.

XVI. Nulla infantem de baptismo excipiatur.

XVII. Quibus claves de cellario, canava, horren, posticio, et oratorio credendæ sunt, probatae sint personæ; et desuper altario vel Evangelio eas accipient: scientes se Deo reddituras rationem de ministerio sibi credito.

XVIII. In omni ministerio sive ordine psallendi, aut legendi, vel operandi, vicibus sibi succedant: absque abbatissa, vel præter satis senes et parvulas infantes, aut certe ita infirmas, ut surgere omnino non possint, non compellantur facere quod non præalent.

XIX. Nulla opera pro suo libito eligant facienda, sed quod abbatissa imperavit, hoc faciant.

XX. Per totum diem cum operamini manibus, meditatione sancta de corde non cesset: propter illud Apostoli: *Psalmis, hymnis, canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris Dominu* (*Col. iii.*).

XXI. Nulla præsumat quidquam suum dicere, aut suum proprium vindicare: sed secundum Actus apostolorum, sint vobis *omnia communia: sit vobis anima una et cor unum in Domino* (*Act. iv.*).

XXII. Vestimenta alio colore non indigatis nisi laia et lactina.

XXIII. Ad vigilias nulla dormiat: si vero dominici aut festi dies sunt, cui somnus venerit, aliis sedentibus illa stet, ut possit a se somni marcorem repellere; ne in opere Dei aut tepida inveniatur, aut negligens.

C
XXIV. Signo tacto omne opus prætermittatur, et sicut apes prudentissimæ ad alvearium, ita velocis estimatione properare contendite; si qua tardius venierit, distinctioni subjaceat.

XXV. Dum psallitur studeant sanctæ animæ vestræ non vagari animo, verum etiam nec operari aut loqui præsumant; sed *psallit sapienter* (*Psal. xlvi.*), sicut dixit propheta: *Psallam et intelligam* (*Psal. c.*), et illud: *Psallam spiritu, psallam et mente* (*I Cor. xiv.*), metuentes illud: *Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter* (*Jer. xlviii.*).

XXVI. Litteras omnes discant.

XXVII. Sancta abbatissa extra congregationem non maneat.

D
XXVIII. Si qua pro qualibet culpa aut transgressione regulæ increpatur, aut disciplinam accipiat, arguenti respondere non præsumat: quia peccatum quod hic distinguitur, in æterna examinatione nou punitur. Et sic debetis animæ curam excipere, quomodo æger curam medici: tenentes illud sanctæ Scripturarum: *Qui abicit disciplinam infelix est* (*Prov. xv.*). Et illud: *Ego in flagella paratus sum* (*Psal. xxxvii.*).

XXIX. Lites nullas habeatis, tenentes præceptum Apostoli, qui dicit: *Seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse* (*II Tim. ii.*).

XXX. Superbis inobedientibusque, et iracundiam protractantibus nunquam parcendum, donec corrigantrur.

XXXI. Sanctæ abbatissæ non licet aliquid de fa-

cultatibus monasterii donare ac vendere; nec aliquid contra Regulæ instituta agere. Quod si facere tentaverit, sancio consilio et uno consensu sororum ex nostro permesso non ei acquiescat; et hoc fieri nulla ratione permittite: quia causam se ante Deum novit esse dicturam.

XXXII. Sedentes ad mensam taceant, et lectio quotidie omni tempore cum cibis sumitur legatur. Utique homio, et exterior cibo, et interior verbo Dei reficiatur, quia scriptum est: *Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei* (*Math. iv.*).

XXXIII. Sancta abbatissa, nisi inæquitate faciente, extra congregationem non reficiat.

XXXIV. Carnes in cibo nunquam sumantur.

XXXV. Pulli vel cuncta altilia in congregatione non ministrantur; nisi infirmis tantum provideantur et deficitis. Pisces vero certis festivitatibus, aut quando abbatissa indulgentiam facere voluerit, tunc procurantur.

XXXVI. Extra mensam communem nibil cibi potuisse gustare licet; absque infirmis et illis qui minoris aetatis sunt.

XXXVII. Infirmis vero ita obtinendendum est, ut si sanctæ abbatisse justum visum fuerit, etiam cellarium suum in commune, et coquinam sequestratam habeant. et cura illis seu studium impendatur, donec convalescent.

XXXVIII. Cursum diurnum vel nocturnum, id est, matutinos, vigilas, nocturnos, vesperam et duodecimam in basilica Dominiæ Marie congregatio dicat.

A Quod si hiems aspera fuerit, matutinos tantum, ve-speram et duodecimam in predicta basilica dici e: secundam vero, tertiam, sextam et nonam in interiori oratorio: propter illos qui aut orare cupiunt, aut abbatissæ occurront, aut parentes suas requirent. Quando aliqua defensio fuerit, usque mediam noctem eam paucæ sorores in oratorio pervigilent, et missæ de Apostolo fiant; post mediam noctem quæ vigilarerunt quiescent; et iterum alias vigient, et ponite hoc in notitiam sancto episcopo, ut eam jubeat ad locum ubi ponenda est deportari.

XXXIX. Et quia Deo proprio digna et sufficiens vobis facultas collata est, quæ sufficere monasterio vestro possit, coram Deo et angelis ejus te sanctam abbatisam, et te venerabilem, quæcumque fueris, B prepositam admoneo et contestor, ut sanctæ congregationi quæ, Deo inspirante et jubente, secundum instituta quæ fecimus regulariter vivit, omnia quæ eis sunt necessaria in vestitu et in victu cum sufficientia tributatis. Quam rem si neglexeritis, et illæ coepierint aliquid necessitate compellente murmurare, aut indigere, causam vos ante tribunal Christi noveritis mecum esse dicturas.

XL. Et vos, sancta congregatio, per protestum vestrum et per Deum omnipotentem conjuro, ut omnia quæ in hac Regula pro remedio animarum nostrarum, et pro animarum vestrarum salute statuimus, integra et illibata custodiatis. Et ne per oblivionem aliquid negligatis, semel ea in mense relegite; id est in calendis, C ac sic duodecim vicibus in anno.

Ordinem etiam quomodo psallere debatis, in hoc libello judicavimus inserendum.

Primo die Paschæ ad tertiam, *Kyrie eleison*, psalmi duodecim: id est quatuor sorores binos psalmos et alleluia dicunt tertium dicant, perdictis psalmis, *Kyrie eleison*, antiphonas sex, lectiones tres: unam de Actibus apostolorum, aliam de Apocalypsi, tertiam de Evangelio; hymnum, *Jam surgit hora tercia*, et capitellum, deinde *Kyrie eleison*. Sic in omni opere Dei tertia vice *Kyrie eleison* dicite, antequam incipiatis, et psalmis dictis et capitello perdicto. Ad sextam idem numerus psalmorum, et antiphona una, hymnus, *Jam sexta sensim volvitur*. Lectio Evangelii et capitellum. Ad nonam ipse ordo teneatur, hymnus, *Ter hora trina volvitur*. Ad lucernarium directaneus parvulus, id est, *Regna terræ, cantate Deo, psallite Dominum* (*Psal. lxvii*). Alia die: *Laudate, pueri, Dominum*, antiphona tres; hymnus, *Hic est dies verus Dei*, et capitellum, quem hymnum toto Pascha ad matutinos et ad lucernarium dicite. Ad duodecimam imprimis directaneus parvulus: *Sol cognovit occasum suum* (*Psal. ciii*). Sex sorores binos psalmos cum suis alleluia dicant; antiphonas tres, lectiones duas, unam de Apostolo, aliam de Evangelio. Ad nocturnos paschales ipso numero omnia dicite, sicut in duodecima designavimus. Ad matutinos imprimis directaneum: *Exaltabo te, Deus meus et Rex meus. Inde, Iulica me, Deus. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo*

cum alleluia; deinde, *Confitemini Domino*, cum alleluia; deinde, *Cantemus Domino*, cum alleluia; postea, *Lauda, anima mea, Dominum. Laudate Dominum, quia bonus est psalmus. Lauda, Hierusalem, Dominum*: totos tres cum alleluia, deinde benedictio dicenda est. Post benedictionem, *Laudate Dominum de caelis. Cantate Domino canticum novum. Laudate Dominum in sanctis ejus*: cum alleluia. *Magnificat anima mea Dominum*: aut cum antiphona, aut cum alleluia; hymnum, *Gloria in excelsis Deo*; et capitellum. Et complebitis matutinos ipso ordine toto Pascha. Sic omni die dominico, et omnibus majoribus festivitatibus, in quibus ab opere vacabitis. Quotidianis vero diebus ad nocturnos imprimis directaneus dicatur: *Miserere mei, Deus*, secundum magnam misericordiam tuam; deinde psalmi decem et octo; antiphona tres parvula, lectiones Apostoli aut Prophetarum duæ, et capitellum. Completis nocturnis dicetis matutinos. In æstate, id est post Pascha usque calendas Octobris, ipse ordo erit. Sexta feria vero post nocturnos due missæ fiant in æstate; in hieme tres. Nam dominica omni tempore in æstate et in hieme post nocturnos sex missæ fiant. Si vero evenierit ut tardius ad vigilias surgantur, quantum abbatisse visum fuerit, tantum legatur. Quando signum federit abbatisse, quæ legit sine mora consurgat, ut canonicus missarum num-

rus posset impleri. A calendis vero Octobris alii nocturni addendi sunt; ad primos dicendum est: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam;* ad secundos: *Miserere mei, Deus; miserere mei;* psalmi decem et octo, lectiones dues de Prophetis aut de Salomonis. Hymnus ad primos nocturnos: *Rex eternae Domine, ad secundos: Magna et mirabilia.* Ubi post celebratos secundos nocturnos, quia noctes crescent, quotidie ad librum facite missas tres. Una soror legat paginas, aut quatuor, quomodo mensura fuerit libri: si minore fuerit scriptus, aut majori forma, tres paginas; si minori, quatuor, et fiat oratio. Iterum legat tantum, fiat alia oratio: tertio legat idem tantum; et surgite, dicite antiphonam de psalmis in ordine, postea responsoriū, deinde antiphonam. Iterum legat alia soror; et sic impletis tribus missis dicte matutinos canonicos: id est primo canticum in antiphona: deinde directaneum: *Judica me, Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Lauda, anima mea, Dominum. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. Lauda, Hierusalem, Dominum; deiude, Laudate Dominum de cælis. Cantate Domino canticum novum. Laudate Dominum in sanctis ejus, cum antiphona.* Dicite hymnum: *Splendor paternæ gloriae;* alia die: *Æterne lucis conditor, et capitellum, et Kyrie eleison* duodecim vicibus. Omnibus diebus quotidianis sic impleatur. Post matutinos ad primam sex psalmi dicantur, et hymnus: *Fulgentis auctor aetheris; lectiones dues:* id est una de Veteri, alia de Novo Testamento, et capitellum. Post hoc omnes lectioni vacent usque ad horam tertiam; reliquo vero diei spatio facient opera sua, secundum illud quod Dominus dixit: *Pater meus usque nunc operatur, et ego operor* (*Joan. v.*). Et illud Apostoli: *Operantes manibus nostris* (*I Thes. iv.*). Et, *Qui non operatur, non manducet* (*II Thes. iii.*). Quia scriptum est: *Viae otiosorum stratae sunt spinis* (*Prov. xv.*). Et, *Servum inutiliēm projicie in tenebras exteriores* (*Math. xv.*).

Quotidianis iterum diebus ad tertiam sex psalmos dicite, antiphonam, hymnum, *Jam surgit hora tertia, lectionem et capitellum, Fiat, Domine.* Ad sextam ipse numerus psalmorum tenendus: antiphona dicenda, hymnus, *Jam sexta sensim volvitur, lectio et capitellum.* Ad nonam iste ordo servandus: hymnus vero, *Ter hora trina volvitur.* Ad lucernarium omni tempore, et festis et quotidianis diebus, imprimis directaneus; postea antiphonæ duas. Tertia semper cum alleluia dicatur, hymnus una die: *Deus qui certis legibus;* alia die: *Deus creator omnium, et capitellum.* Ad duode-

cimam psalmos decem et octo dichti: antiphonam, hymnum, lectionem et capitellum. Quando repausaturæ estis, in schola, in qua manetis, completa dicatur; imprimis directaneus, et psalmus nonagesimus dicitur, deinde capitella consuetudinaria. In Natali Domini et in Epiphania tertia hora noctis surgite: dicite unum nocturnum, et facite sex missas de Isaia propheta; iterum dicte secundum nocturnum, et legantur aliae sex de Evangelio. In Epiphania ita: imprimis unum nocturnum; deinde de Daniele propheta facite illas sex missas et nocturnos, et iterum de Evangelio sex. Matutinos eo ordine sicut in Pascha scriptimus, aut dominicis diebus. In martyrum festivitatibus tres aut quatuor missæ fiant: primam missam de Evangelio legite; reliquias de passionibus martyrum. Omni sexta feria post duodecimam sex missas ad librum legantur, et post nocturnos tres. Omni sabbato ad matutinos, *Cantemus Domino, et Te Deum laudamus.* Ad tertiam tres lectiones: una de Prophetis, alia de Apostolo, tertia de Evangelio dicantur. Omni dominica post nocturnos cum prima missa legitur, id est resurrectio, nulla seder presumat, sed omnes stent; alia dominica alia resurrectio: sic in ordine totæ quatuor resurrectiones per singulas dominicas legantur. Post tertiam vero, *Pater noster* dicite, et psallendo omnes communicant. Sic et in festivitatibus facite. Missæ vero quando sanctæ abbatisse visum fuerit tunc fient.

Ordinem etiam convivii huic Regulae inseruimus. C Fercula quotidie ad refectionem tria, ad prandium duo, ad coenam duæ bibituriæ. Ad refectionem in æstate mense Julio et Augusto caldellos tres, ad prandium tres, ad coenam omni tempore binos. Per festivitates vero, et quando abbatissa indulgentias voluerit facere, et cibaria quanta ipsa voluerit ordinet, et recentes addat. Quotidianis vero diebus olera formatico et oleo semper ferula condiantur. Jejunium vero a calendis Septembribus usque ad calendas Novembribus secunda, et quarta, et sexta feria. A calendis Novembribus usque ad Domini Natale quotidie jejunandum est, absque sabbato et dominica. Ab Epiphania vero usque ad Pascha quotidie jejunandum est, absque majori festivitate, sabbato, et dominica. Post Pascha vero usque ad Pentecosten sexta feria tantum jejunandum est. Post Pentecosten mense Junio, Julio et Augusto in potestate abbatissæ sit de jejunio aut prandio: sicut viderit possibilitatem sororum, ista sudeat obtemperare.

EXCERPTA EX EPISTOLA AURELIANI EPISCOPI ARELATENSIS AD THEODEBERTUM REGEM.

Dominino iaclyto et ubique gloriosissimo atque in Christo piissimo domino et filio, Teudeberto regi Aureliaue episcopus.

Licet tam sera scriptiorum officia justissime trepidatio contineatur, tamen nequaquam, reor, sermo evasa offensione judicabitur, si apud aures clemen-

tiae sola tantum devotione animi perpendatur. Hinc principue quod ambientibus cunctis celstitudinem vestram, nec metum trahunt ex privilegio culminis, nec repulsam metuunt de præjudicio tarditatis. Vestra enim erexit ita solemnis est, ut etiam humilium amore tangatur, ac dignatum cumulum